

1514.

Sigismundus I. Rex Poloniae Juliano de Medices.

165

Magnae Dne amice Noster charme  
 Gratam nobis rem fecit Vra magnificencia, quod  
 in promovendo negotio Audi Petri Tomicki Electi  
 Premislieni et Secretarij Nri apud Sanctum Do-  
 minum impensam et pro voto Nro operam fece-  
 rit. Restat adhuc, ut, quoniam Episcopus iste et te-  
 nuis est, et loco illo situs ad quem precipue excur-  
 siones infidelium fieri solent, et ob hoc continuis  
 periculis et casibus expositus, cupimus multum, ut  
 Praepositum Michovien, illi uniatu, ubi in ali-  
 quo sinistro evenitu et degere et dignitatem suam tu-  
 eri possit, commiseramusque dudum rem ipsam  
 Ruo Dno Cardinali de Grassis Roma apud feli-  
 cis memoria Julium Pontificem agere, qui cum  
 obtinisset supplicationem signari, superest ut Li-  
 tere expediantur. Rogamus Vram Mittem, facere  
 Velit apud Sanctum Dnum germanum suum,  
 ut servus Nr in expeditione ipsa sentiat Ejus  
 Sanctitatis gratiam et benignitatem. In quo nego-  
 tio commissimus hinc Juvo et streuio militi  
 Nicolao Wolski Castellano Sochawovien, latius  
 cum Vra Mitte conferre, quem cum ob merita  
 Ipsius, tum vero commendationem Vra Mgientia  
 singulari gratia complectimur, sui fidem adhi-  
 bere et Patronio suo adesse velit, quod Illi  
 omni studio et benevolentia Nostra referre pol-  
 licemur.

100

*[Faint, illegible handwriting throughout the page]*